



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

38. Cruce in fronte formata obit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

104 CHRISTVS CRVCFIXVS

*elevatione manuum tuarum pro reueren-
tia tua clamas: Pater ignosce illis, quia ne-
sciunt quid faciunt.*

*Musca
pertinax.*

Ampudens.

Brutus.

Musca pertinacissime vexant ho-
minem, adeo, vt mori potius velle vi-
deantur, quam a vexatione cessare. Ta-
les fuere Christi persecutores, tam
contumaces ad inferenda mala, vt si
moriendum ipsis fuisset, hoc potius e-
legissent, quam a cruciando Domino
cessare. Sed bono animo Amatores Pas-
sionis Dominice. Musca brevis est æui,
vt oritur subito ex putredine, sic in ea-
dem moritur ac sepelitur, Idem accidit
omnibus piorum persecutoribus.

a. Ecclesiasta. x. i.

S. Bernard. Sermones 4. hebdom. pænosa.

VIII.

AMATOR CRVCFIXI

Cruce in fronte formatâ obit.

*38.
S. COR-
BINIA-
NIS.*

HOC laudatur in S. CORBINIANO
Episcopo Frisingensi, qui placi-
dissime est mortuus. Nam quodam die,
lotus, rarusque sacram vestem induit,
sacrificium obtulit, & mysterijs perce-
ptis domum redijt. Vbi cum vinum po-
poscisset, vix gustato, fronteque CRV-
CE signata, extremum spiritum, nulla

cum

cum doloris significatione reddidit. Corpus, post triginta dies exhumatum integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quam aut mortuo, aut ægrotanti similis. Et fuere in magna hominum ad spectaculum confluentium turba, qui viuere crederent.

Vita S. Corbiniani 8. Sept. Marcus Velsus lib. 4. Boica Matthaus Rader. in Bauaria Sancta. Vitus Arenbeckius in Chronicis Baioariorum. Obijt anno DCC. XXX.

IX.

AMATOR CRUCIFIXI

si sit Princeps Ecclesiasticus, ut Ecclesia bona iuraque tueatur, Cruce armatus prodit, & plus obtinet, quam signis militaribus.

39.

S. HARTMANNVS ex Canonico Ab- S. HART-
gustiniano, Episcopus Brixinensis, MANNVS
fuit morum sanctitate & gloria defen- Episcopus
sæ libertatis Ecclesiasticæ illustris. Is Brixini-
quoties cæli desiderio capiebatur, ex sis.
publicorum negotiorum pelago in vi-
cinum Nouæ cellæ, cui à MARIA Gra-
tiâ nomen indiderat, tanquam in por-
tum confugiebat, vbi cælesti quiete pa-
scebatur, & meliore diuinarum illustra-
tionum